



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De clericis, qui fugerint Ecclesias suas, & de seruis qui de minos proprios
fugerint. lxxviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

desperatis putatur, atque reconciliari se mysteriis sacro-
sanctis habitu corporis, & voluntate pie mentis deprecatur,
Deoque & sacerdoti vita comite emendationem, &
actam confitetur, communionis gratiam non negamus tri-
buendam.

De illis qui in patibulis suspenduntur. Cap. LXXXVI.

Quæsitum est ab aliquibus fratribus de his qui in pa-
tibus suspenduntur pro suis sceleribus, post confes-
sionem Deo peractam, vtrum cadauera illorum
ad Ecclesias deferenda sint, & oblationes pro eis offeren-
dæ, & Missæ celebrandæ, an non. Quibus respondemus: Si
omnibus de peccatis suis parum confessionem agentibus,
& dignè pœnitentibus communio in fine secundum cano-
nicum iussum danda est, cur canones eis qui pro peccatis
suis pœnam extremam persoluunt, & confitentur, vel con-
fiteri desiderant? Scriptum est enim: Non iudicat Deus
bis in id ipsum.

De episcopis qui cum excommunicatis communicauerint. Caput LXXXVII.

Decreuit sancta synodus cū consilio serenissimi prin-
cipis, si deinceps aliquis episcopus sui ministerij obli-
tus, sciens cum excommunicato communicauerit, siue in
salutatione, siue in oratione, siue in iusta confortatione,
siue in cibo, siue in potu, excommunicatus habeatur, tam
à principe, quàm à cœteris omnibus, quousque in proxima
synodo audiatur, & Deo & Ecclesiæ satisfacere cogatur.

De clericis qui fugerint ecclesias suas, & de seruis qui dominos proprios fugerint. Cap. LXXXVIII.

Sanctus Gregorius dicit: Clericum fugientem ab Eccle-
sia sua, vel seruum fugientem dominum proprium, &
nolentem reuerti, iudicamus communionem priuari, quoad-
usque ad propriam Ecclesiam, vel ad dominum suum re-
deat. Et item: Clericum fugitiuum suo episcopo vel do-
mino suo decernimus apostolica sententia restitui, vel ex-
communicari, vna cum illis qui ei communicauerint.

Finis Libri Vndecimi.

*Ex cœcil.
Moguti.
cap. 5.*

*Ex cœcil.
apud Er-
phesfurt.
cui inter-
fuit Hen-
ricus rex,
cap. 9.*

*Ex cœcil.
apud Al-
theim ha-
bito cui in-
tersunt
Cōradus
rex, cap.
27.*